

## Tractatus

**A**spropinquat huius febris cura  
cure quartane flegmatice.  
Hic auctor curans sextanā et cōsimili  
es primo premittit conuentientiā inter  
quartanā flegmaticā et sextanā quantū ad curam.  
scđo ponit regimē per dietā. tertio tangit regimē  
per vomitua et solutiua. quarto p. puocātia ludo  
rem. scđa ibi (Et indiget in curatione.) tertia ibi  
(Et de curationibꝫ.) quarta ibi. (Et cōfert tunc  
sudatio.) In prima parte dicit q̄ cura sextane et  
aliorū appropinquat cure flegmatice quartane.  
Et notanter dicitū fuit appropinquat: q̄ nō est oī  
no similiſ materiae quartane flegmatice et sextane  
et similiſ cū barū materia fit paucior et grossior.  
est em̄ opus in bis fortiori subtilitate.

**E**t indigetur in curatione eius supfluo  
ieiunio et subtiliatione cibi et regimis et som  
no digerēte ut resoluatur per illud materia  
grossa et digeratur et iterum indiget ingross  
atione regimis ut nō destruatur in eo vir  
tus; et sunt ista sicut duo cōtraria. et ppter  
ea q̄ feb. iste non faciunt accidere lesionē  
virtutis nō curamus si subtiliemus regimē  
et faciamus egrū vti ieiunio uno tpe. et sic  
currimus illi sicut ostēdimus: ita vt cibem  
cū eo cuius bonum est nutrimentū: et velox  
fit et multiplicatur et in quo nō est ingrossa  
tio materiei; neq̄ additio in ea.

In bac parte ponens regimē per dietam dicit  
primo q̄ indigetur in curatione sextane: et aliorū  
ieiunio supfluo. s. multo. s. in principio usq; ad tres  
septimanās: aut quatuor: et subtiliatione cibi. s.  
cibis subtiliantibus et generantibus humorē sub  
tilem nō grossū: viscosum: melancolicum: et regi  
mīnis. s. q̄ reliquū regimē sex rerū non natura  
līum et regimē medicinale sit subtiliſtū et som  
no digerente et resoluente ut resoluatur per ipsum  
materia grossa et digeratur qua propter sōnus dī  
esse tantus ut bone fiant digestiones scilicet pri  
ma secunda tertia et quarta. non tamē superfluous:  
ne prohibeatur superflūtū resolutio. sit ergo  
septem aut octo horarū in adultis. et indiget ite  
rum ingrossatione regimīnis: ut non destruāt cūz  
ea. s. ultima subtiliatione virtus. et sunt ista duo sī  
cūt contraria: sed non vere contraria. q̄ contradic  
ctio est oppositio vnius et eiusdem nō nominis tā  
cum: nec relatiū: sed nominis et relatiū ad idēz  
secundum illud: et in eodem tempore: sed ista regi  
mīna nō precipiuntur eodem tēpore: sed debet p  
cedere regimē subtile: postea sequit grossum. Et  
propterea q̄ iste feb. loquēdo de bis q̄ nō antecē  
dunt: nec sequuntur etibicā nō faciunt accidere lesio  
nem virtutis. s. nō sunt acute debilitantes virtutes  
non curamus: si subtiliemus regimē et faciamus  
egrū vti uno tēpore ieiunio. et succuramus illi no  
cumento. s. ingrossando: sicut ostēdimus in capi  
culo de quartana. s. cū eo nutrīmentū est multum  
velox et multum in quo nō est ingrossatio materie  
nec additio in ea. s. materia melancolica. Que au  
tem sit differentia inter nutrīmentū bonum velox  
et multum est satis notum. In istis ergo subtiliam  
ad minorādum materię: sicut in quartana: postea  
ingrossamus deinceps. quia materia nō reserua  
tur ad vñā creticam expulsionem: immo paulatū  
ne consumitur. et iam si seruaretur; et status esset

## De febre

futurus cum accidentibꝫ fortibus post subtilia  
tionem factam a principio possumus ingrossare.  
et postea subtiliando procedere usq; ad statum in  
clusiue propter longitudinē egritudinis.

**E**t de curationibꝫ cōferentibꝫ ad illud  
est vomitus cū elleboro et semine raphani: et  
raphano et elleboro: et semine attriplicis: et  
nuce vomica: et euō cū yeris: et post illud ad  
ministratio tyriace et eis similiuz. Et cōfert  
tunc sudatio cū medicinis et cū balneo cali  
do absq; administratiōe aquet absq; admi  
nistratione humectantium.

Hic curat p vomitua et solutiua. d. p̄io de cura  
tiōibus magis cōferētibꝫ est vomitus cū elleboro  
et se. raphani. Itē cū elleboro et raphano: et se. at  
triplici. Itē cuz nuce vomica que est fructus scđe  
spēl tintinatis carniceti apud Dyascoridē. s. apud  
quodā vocat castanea indica. Serapio in lib. ag  
gregationū cap. leu. alb: auctoritate habet facit  
vomere fortiter. Eius calor est inter albedinem et  
glaucedinem: et est parū maior auellana: et sunt in ea  
nodi qñ. 3. ij. de cortice eius teruntur et crībrātur: et  
miscent cū duobus auī. anti tristī: aut se. fenculi  
cū melle sufficiēt et bibūtur cū aqua calida mo  
uent vomitum et expellūt superflūtates crōnticas  
et flegmaticas. et vomitua alta superscripta euā  
cuant materia flegmaticas et melancolicas: dosis et  
modus preparandi illas patent in ca. de quarta  
na. scđo dicit q̄ euātio cū yeris euāntibus flegma  
et melancoliā quas vide in antidotario cōfert: et  
post illud administratio tyriace et similiū: sicut me  
tridatum dyatriō pereon ad p̄fortandū mēbra p̄n  
cipalitā calefaciēndū et resoluēndū residuū mate  
riarū: que nō sunt exhibēda: nisi post euānes v̄les.  
Et cōfert post horū administrationē sudoris pro  
uocatio cū medicinis: et balneo calido. s. potentia  
liter et actualiter absq; administratiōe būectatiū  
sicut sunt balnea aerea et ignea tempe: et balnea  
etisde intentiōis artificialia. itellige semp qñ est  
v̄lūtūta in tēto exccatiōis et resolutiōis. et nō in  
quintana: aut sextana p̄cedēt aut sequēt etibicam.

**A**ia iuxta intentionē Aut. in  
pendēt ab būoribus multis paucifis  
catis et grossatis: loqndo de bis que  
nō antecedēt etibicā: neq; sequunt: cu  
rantur sicut quartana flegmatica: id intētōes su  
per rīus posite in cura quartane sunt bis accōmo  
dande et medicinē cōuenientes in quartana flegma  
tica cōplebunt has intētōes. si qua erit differen  
tia forte erit: q̄ in bis opus erit magis subtilian  
tibus. Aut. in pro cura barū multū cōfidit in regi  
mīne sex rerū: et ponit in hoc cap. regimē vtrūq; s.  
sex rerū. et medicinale satis distincte ita vt ex textu  
colligēt possis tā intētōes curatiwas. q̄ illa cū q̄b  
illa perficiuntur. Sed in bis que antecedēt etibicā  
aut sequunt opus est multū būectare. tū rōne ipa  
rum: tū rōne etibice sed op̄ ppter etibicā dimitte  
remultū calefacientia et etiā subtiliantia. Item  
exoluentia: et fortiter puocantia vomitū et sudorē  
immō q̄ etibicā et ppter scđe spēl est maior: morb  
et etiā p magna parte cā illarū. Et iuxta canones  
Aut. quarta p̄m caplo ultimo maior intentiōis  
esse ad etibicaz q̄ ad quintanā aut sextanā: illis tñ  
nō neglectis q̄ si forte esset opus solone et vomiti  
fiat cū leuisbus et mixtis cum būectantibus sicut  
sene epibīsum cum iure pulli pro soluendo: aut  
aqua ōdei

## Tertius

aqua o: dei cum orimelle prouocando.  
Tractatus tertius de ethica.

Cap. I.

  
Estim sciuisti qd in membris sunt humiditates diversarū spērū de quibus sunt humiditates preparate ad nutriendū et humectandū iuncturas.

Champerclus.  
Ethica febris  
dominatur eis  
intantā immo  
deritiam con  
tra naturam p  
onit febris ut  
in habitu solis  
de essentie sit si  
nihil partiu  
repositi cor: ip  
s. Ob hoc dif  
ficulte bcc cō  
ductio dissolu  
tur. Maxima  
exog et indu  
bitata cogni  
tio nature ipsi  
st bōl ingesto  
nutrimento qd ca  
lere incenditur:  
pulsus capit in  
clementum ac  
terior sit vt  
bis p̄pmodū  
veniat: vt i cal  
re sapientia existat  
in que si frig  
idissimam in  
fundas aquam  
multo calidio  
r aquadunt va  
pida. in bis ca  
litate ab bu  
mida aysla es  
senta: quo ad  
qif ēcentie būl  
de qppiaz mo  
do custodetur  
ethica dūtata  
et febris.

Postq in p̄io tractatu busus sen p̄ime quartis  
egit de egreditib⁹. s. effimeris que pendet a ca  
lefacto esse spiritu. in scđo de febrib⁹ būoralib⁹  
que pendet a calefacto esse būorum cū putredine:  
aut sine putredine. In hoc tertio agit de ethicis qd  
sunt feb. membrales: qd fixe et in membris babituare.  
ethica emi d: ab ethicis grece idē sonante lati  
ne qd cōsuetudo. per cōsuetudinē emi figit et habi  
tuatur in membris. ppterēa scđo de differētiis feb.  
d: ethica: qd solidas nostri corporis ptes possideat.  
i. in p̄ate babeat. Difusus iste tractatus in duas  
partes. in p̄ia determinat de ethica febri. in se  
cunda de ethica non febri. s. de ethica senectutis.  
scđa ibi. (Lurrit p̄suetudo.) Prima in tres. in pri  
ma ponit spēs fe. ethice modū distinctionis et cās.  
scđo ponit signa. tertio currā. scđa ibi. in p̄o seqn  
tis capl. (pulsus) tertia in p̄o. 4<sup>i</sup> capl. (Intētio)  
Pria in duas. in p̄o ponit spēs. in scđa cās 2<sup>a</sup> ibi.  
(Ethica quidē qnqz.) Prima in duas. in p̄ia pre  
mittit distinctionē scđarū būiditatū: que sunt in  
nobis. scđo oñdit quid sit ethica: et distinguat fin  
illas būiditates spēs ethice. scđa ibi. (Et cū in  
flammatur.) Prima in duas. in p̄ia ponit scđarū  
bumiditatū distinctiones: et declarat illas descri  
ptive. in scđa de clarat illas p̄ simile: scđa ibi. (Et  
similitudo būiditatū primarū.) Pria in duas. p̄f  
mo premittit quandā distinctionē generalē: scđo nu  
merat et declarat membra divisionis. scđa ibi. (De  
illis ergo est illud.) In prima parte dicit. Hā sciu  
sti. s. p̄ima p̄mt: doctrina quarta qd in membris sunt  
būiditates. s. quatuor: diuersarū spērū. s. nomen nō  
babens ros cambiū et gluten que oēs intra se dispe  
runt specie: de quibus sunt būiditates prepara  
te ad nutriendū. s. nomen nō babens et cambiū et  
gluten. quedā sunt preparate ad hūectandū iunctu  
ras sup. et alia membra cū aliqua cā fortis eas exic  
cauerit: sicut fortis motus: et bēc būiditas d: ros.  
finis eius p̄ncipalit. s. roris est hūectare iuncturas  
non nutritre nisi cū nutrimentū deficit. Et nota  
qd inter būiditates preparatas ad nutriendū  
est nūerandū gluten. nā lī sit cōuersum in substan  
tiam membra. et sit ps eius: tñ adbuc aptum natum  
est nutritre membra cū deficit actus tertius virtutis  
nutritive qui est assimilatio. nondū emi est factum  
simile oīno parti cui est appositū et vnitū. deficit  
igitur aliquid nutritivis per ipm perficiende.

De illis ergo est illud quod est rep̄ ositū  
in venis.

Hic notificat quatuor būiditatis scđas. et pri  
mo notificat primā būiditatē scđo scđam reden  
do ad primā. tertio tertia. quarto quartā. scđa ibi.  
(Et de illis est illud qd est.) tertia ibi. (Et de illis  
sunt būiditatis.) quarta ibi. (Et de illis sunt bu  
miditatis.) In p̄ia parte dicit qd de illis. s. būid  
itatis scđis est illud quod est repositum in ve  
nis. s. nomen nō babens qd generat in extremitatib⁹  
bus venarū que ad membra terminant immediate  
et sanguine. Itcet non differat ab eo specie. nam  
dealbatur et ingrossatur: cum bēc digestio proce  
dat ingrossando.

## Ethica. Fo. clivij.

Et de illis est illud qd ē sp̄sum in membris  
sicut ros: et iste sunt sunt due divisiones.

Hic declarat scđam būiditatē. scđo redit ad  
primā. scđa ibi. (Et prima earū.) In prima partē  
dicit qd de illis. i. būiditatibus scđis est illud qd  
est sparsus in membris: sicut spar suz: qd q: nō recti  
p̄itur in poro cā nutriendit: sicut cambiū: ed spar/  
gitur super membra sicut sp̄gitur ros sup foliorū su  
perficies cā humectandi: et iste due sunt divisiones  
idest duo membra divisionis. s. nomen non babēs  
et ros. Et nota qd nomen nō babēs immediate trās  
mutatur in rore et cambiū: in rore quidē fin subtis  
torem: in cambiū fin partes grossiorem: neqz res  
transmutat in cambiū nisi cū deficit nutrimentū  
sicut cbilus in epate immediate transmutat in san  
guinē et flegma: neqz trāsmutat flegma in sangu  
nem nisi cum deficit nutrimentum.

Et prima earū est materia feb. putredis  
nis: aut feb. ebullitionis: sicut sciuisti cū nu  
trimentū totū nō expandat qñ est: immo re  
manet de eo illud qd ē in semita expandēdi  
et remanet qd est in semita reconēdi.

In ista parte dicit qd prima earum. s. būiditatē  
sum. s. nomen nō babens est materia feb. putredis  
scđ cū putret aut feb. ebullitionis. s. cū ebullit absqz pu  
tredine: sicut sciuisti. s. in ca. de febre sanguinea  
et boc supple accedit qd fiat feb. putredinis et ebu  
llitionis: cū nutrimentum. i. ista būiditas futura  
nutrimentū nō totū expandit qñ est. s. in ventis ex  
tra venas: immo remanet de eo. i. de ea būidita  
te qd est in semita expandēdi. i. aptū cōverti in ro  
rem qui per membra expandit et remanet. s. inventis  
qd est in semita reconēdi. i. pars apta cōverti in  
cambiū aptum reconēdi in porositatibus membro  
rum ut nutritat.

Pro huius partis declaratiōe nota pri  
mo qd prima būiditas cū  
fit formata sanguis per eius putredinē facit sino  
cbam putridam. sed per eius ebullitionē absqz pu  
tredine facit sinocbā nō putridā. Scđo notans  
dum qd cā quare remanet in ventis est rna: aut plus  
res: aut qd nō est cōuentēs ad nutriendū membrū  
aut ex impotentia expulsiōe venarū: aut ex impo  
tentia attractiōe membra: aut ppter opilationē  
in portis membra: per quos d: pelli ad membra. re  
manens ergo in ventis etiā nō tendēs in finē a na  
tura institutū derelictūqz a regimine eius alterat  
a calore extraneo et ebullit cū putredine: aut sine  
putredie: et facit spēs sinocbe: vt dictum est.

Et de illis sunt humiditates proximi  
temporis coagulationi: et sunt humidita  
tes: que fiunt actu nutrimentū. s. attracte  
ad locū qd est permutatio eius qd est de eo  
resolutum: et fiunt additio in eo similis illi.  
verūtamē tempus cursus earum p̄pinqū  
est. ergo sunt nō coagulate.

Hic notificat tertia būiditatis dictā cambiū  
d. qd de eis. s. būiditatib⁹ scđis sunt būiditatis  
proximi t̄pis coagulationi. i. que de nouo coagula  
te sunt: et sunt būiditatis qd fiunt actu nutrimentū  
i. proximū: ita immediatū: vt nūbil inter ipsum et mē  
brum mediet. s. attractione ad locū. i. attractione  
ad porū membra qd d: nutritre: qd. s. nutrimentū est  
permutatio seu cambiū eius. s. būiditi qd est a mē  
bro resolutū. et fiunt s. būiditas ista additio in eo  
scđ membro similis illi qd resolutū est. verūtamē

## Tractatus

tempus cursus earum ad poros illius membrorum est propinquum. I. paruum: quare non sunt coagulate. I. inuisitate: taliter ut sint animate. sed parum post animabuntur: et erunt pars membrorum.

**E**t de eis sunt humiditates cum quibus continuant partes membrorum simili partium a principio creatiis: et per ipsarum destructionem perueniunt ad separationem.

**H**ic notificat quartam humiditatem dicta glutinosa de eis. I. humiditatibus secundis sunt humiditates cum quibus continuant partes membrorum similium partium. I. quorum partes sunt eiusdem denominationis cum toto que fuerunt facta a principio generationis. et per istarum humiditatium destructiones veniunt ad separationem. I. solvantur et discindi continuerunt. Be ergo humiditates sunt partes membrorum et continue membro cui vnde sunt. sed cibum ex quo immediate facte sunt erat continuus.

**E**t similitudo humiditatium primarum est oleum lucerne effusum in lucerna. Et similitudo secundarum est oleum imbibitum in corpore licheni. Et similitudo tertiane humiditatis est humiditas cui continuantur partes continentes de quo factus est lichenius.

**I**n parte presenti declarat has humiditates per simile. D. q. similitudo primarum humiditatum. S. roses est oleum effusum in lucerna. et similitudo secundarum est oleum imbibitum in corpore licheni. et similitudo tertiae humiditatis. S. glutinis est humiditas cui continuantur partes continentes de quo factus est lichenius. Similitudo autem prime humiditatis quam omisit. q. dixit ex ea fieri febris. si noxibes sunt vascula in quibus oleum continetur a quibus oleum fundit in lucernam. Uel possumus dicere q. oleum effusum in lucernam est similitudo duarum primarum humiditatum. S. nomine non babentium et roses. Similitudo autem ista ut dicit plusq. Commentator in de signis epatis non est oīno propria. q. per oleum imbibitum in corpore licheni non restaurant partes licheni: sicut restaurantur partes membrorum per cambiū receptum in poris membrorum.

**E**t cum inflamantur membra radicalia: et proprie cor est illud ipsa egritudo que est ethica secundum q. sciusti. Et caliditas quidem epatis: quandoq. p. dicit ad ethicā: verū non est ipsa ethica: immo ethica est illa que est causa cordis: et sicut est dispositio pulmonis secundum.

**H**ic cum premisit distinctionē secundarum humiditatum ostendit primo quid sit ethica. Secundum species sive modos ethica distinguit penes secundarum humiditatum distinctionē. Secunda ibi. (Verū dū ipsa.) In prima parte dicit q. cum inflamantur. I. habent inflammatum esse membra radicalia que sunt proprie membra spermatica. I. in ethica tā carniformia q. symptomata habeat inflamatum esse: et proprie cor est illud inflamatū circa ethica. Secundum dicit q. caliditas epatis quāvis sit cā ethica: ipsa tā non est ethica: immo ethica est caliditas facta in corde non caliditas facta in epate: aut pulmone aut stō. Est enim cor primum subiectū febris. ita ut nulla caliditas potest dici febris. nisi que est in corde: aut pendet a caliditate cordis. Sed in hac materia dixi in principio butus operis q. op̄tum opportunū est in q. one de subiecto febris.

**C**lerū dū ipsa permanet finiendo humiditates que sunt in digestione prima in mem-

## De febre

bris: et proprie cordis sicut finit cādela oleum infusum in lucerna: tūc est gradus primus appropriat⁹ noīe generis qđ est ethica: et grece ethicos cum non habeat in speciebus suis nomen.

**I**n p̄ti ponit distinctionē sp̄erū ethice. et b̄ tres partes. in p̄ia ponit distinctionē sive diuisionē sp̄erū ethice febris. penes distinctionē humiditatum secundarum. in secunda remouet dubium. in tertia ponit sive opinionē aliorū altā intentionē sp̄erū febris ethice. secunda ibi. (Et hec qđez egritudo.) Tertia ibi. (Et quidā dixerunt.) Prima in tres. in prima ponit ex quarū humiditatū cōsumptione fiat prima sp̄es ethice. in secunda ex quarū būditatū p̄sumptio ne fiat. secunda sp̄es. in tertia ex quarū humiditatum cōsumptio fiat tertia sp̄es. secunda ibi. (Et cū finit humiditates.) Tertia ibi. (Lū ergo finitūr iste.) In prima parte dicit dū caliditas extranea finit humiditates diuisionis prime que sunt in membris et proprie cordis sicut flāma finit oleum effusum in lucerna: tunc est gradus appropriat⁹ noīe generis: qđ est ethica. et grece ethicos cū non habeat in sp̄ebus suis nomen. I. non oībus speciebus ethice sit nomen impositum. ideo prima sp̄es b̄ nomen.

**E**t cū finit humiditates q. sunt diuisionis prime et incipit resoluere humiditates q. sunt diuisionis secundae et finire ea sicut finit flāma oleum euātum in lucerna: et incipit finire imbibitum: et in corpus licheni erit gradus secundus et nominatur dubulen et forosimos et h̄z latitudinem et principiū et mediū et statum. Amplius non rectificatur ille qui consequitur statū adubul et parū recipit curationem nisi deus velit et proprie quando peruenit ad hoc ut caro minuatur.

**I**n ista parte secunda dicit q. cum caliditas extra nea finit humiditates. q. sunt diuisionis prime et incipit finire humiditates diuisionis secundae. s. cambia sicut flāma finit oleum effusum in lucerna: et incipit finire oleum effusum in licheni erit gradus secundus: et noīatur dubulen. s. arefactio et forosimos vel mārasmos. s. tabes: et b̄ latitudinem. s. principiū medium et statum. secunda dicit q. ille qui peruenit ad statum adubul sive dubulen parū recipit curationem nisi deus velit. s. nisi miraculo: et proprie qn̄ peruenit ad hoc ut caro minuatur. s. valde superflue. et per carnem intellige membra omnia mollia scilicet pretex ossa et cartilaginea.

**C**um ergo finiuntur iste et incipit finire humiditates que sunt diuisionis tertiae sicut incipit flāma adurere corpus licheni et humiditates eius radicales est egritudo gradus tertius et nominatur curuatius et almulcasif grece.

**I**n ista parte dicit q. cum finiuntur iste. s. roses et cambium incipit finire humiditates diuisionis tertiae secundum gluten: sicut incipit flāma adurere corpus licheni et humiditates eius radicales. s. continantes partes adiuicē: est gradus tertius. et appellatur curuatius: q. totū corpus contrabit ad curuationem. et almulcasif grece. s. in quo appetit fornicatio que est in decrepitis: quantum ad calorem: et sic citatem. est enim infrigidatum et exiccatum: sicut corpus decrepitorum.

Pro dictorum

## Tertius

**Pro dictorum** declaratiōe cadūt tria  
ut ex ebullitione prime būmiditatis si ebulliat cū  
putredine generaē feb. putri. s. sinocba putrida. et  
si ebulliat sine putredine generaē sinocba nō pu/  
trida: ita ex ebullitione roris cābi glutinis cū pu/  
tredine et sine putredine possunt feb. putride: et  
nō putride generari. **S**cđm dubiū vtrū tres mo/  
di sive spēs etbice ab Aut. posse sint vere species  
etbice. **T**ertiū dubium. vtrum sint tantum tres.

**Pro horum** dubiorū declaratione et so/  
lutione. primo premitte/  
dum iurū cōem opinionē primā būmiditatē de/  
secūdis esse formaliter sanguinē. quartā vero esse  
aīatam: et partē corporis būani. sed scđam et ter/  
tiā ab his differre specie: et differre specie etiā  
inter se. **P**remittendū scđ o q̄ sicut prima būidi/  
tas pōt ebullire: et inflāmari sine putredine: et cū pu/  
tredine ita relique tres: imo mēbra ipa q̄nq̄ inflā/  
mant et putrent. et q̄nq̄ inflāmant et nō putrent.

**H**is premissis r̄ndetur ad primū du/  
bium: q̄ si iste tres bū/  
ditates putreant et sufficienter cor inflāment fa/  
ciunt feb. putridas: differētes tñ a fe. būmoralib.  
Quod eī factant feb. putridas est satis manife/  
stum cū earū cā cōiuncta sit putredo. Qd aut̄ sint  
differentes a feb. būoribus est etiā manifestuz  
cū res putrentes que īmediate faciūt bas feb. dif/  
ferant ab būoribus: denominant aut̄ et specifcā/  
tur more medicorum oēs feb. a causis cōiunctis  
earū preter etbicas. cuius ratio est: qz oēs feb. pre/  
ter etbicas sunt fientes et depēdētes a causis suis  
cōiunctis. etbice vero sunt feb. facete et independē/  
tes. Si vero iste tres būditates inflāmentur sine  
putredine et euaporantes ad cor faciunt calidita/  
tem in corde sensibili ledentē faciūt feb. nō putri/  
das differētes ab būoribus effimeris et etbicas  
pria p̄z ex diff. īne fe. Qd aut̄ sint nō putride  
p̄z cū nō pēdeāt a putredine. Qd aut̄ differāt ab bu/  
moralibus et effimeris p̄z ex fundamento supra/  
posito. Qd aut̄ differāt ab etbicas: est etiā manife/  
stū: cū etbica sit facta: ille hō fientes. Et forsan bas  
feb. ī tellerit Aut. tertio colliget de feb. ī mem/  
bris tertie digestōis. Et si forte instaret q̄ plura  
q̄ tria essent genera fe. dic q̄ aliquo mō reducunt  
ad aliquid illoꝝ. Uel dic q̄ mēdi ci disliquetes feb.  
in illa tria genera prima locutū sunt de feb. cōiter  
euuentibus. nā eedē rōnes fieri possunt de feb.  
puuentibus a putredine vermiū: et a putredine  
chili lactis et similiū. de bac tamen materia lo/  
cutus sum in principio busus operis.

**Pro decisione** scđi dubij tenendū est  
istos tres modos etbice: etiā more medico/  
rum: q̄ si vñus calor remanens vn̄ et idē equē in/  
tensus a p̄n° vñq̄ in finē ī mēbris fixus cōsume/  
ret manifestus p̄io duas primas būmiditatis:  
et scđo cambiū. tertio gluten erunt isti tres modi  
etbice. ergo si isti tres modi etbice sumant s̄m va/  
riū modū le būndi eiusdē caloris ad būmiditatis  
mēbrorū: et s̄m variā ipsorū cōsumptionē: nō eēt  
aut̄ dicendū: q̄ calor manens idē numero indepe/  
dens: et equē intensus migrat de specie in spēm: si  
cū etiā in exēplo Aut. in eadē flāma accensa ī  
licbino primo manifestus cō unieret oleū ī lu/  
cerna effusum: deinde oleū imbibitū ī licbino: et  
tertio būmiditatē imbibitā cōt ex quo factus est  
licbinus. et nō migrat de specie in spēm: q̄ autes  
calor in mēbris possit manere equē intesus saltez

## Ethica. 50.cly.

Ip̄sma spē et parte scđenō est negandū: q̄ in fine  
scđe: et in tertia minore: ppter defectū būmiditatis: si/  
cū minuī calor: cū fit transitus de suuentute ad  
senium. sed si deberent fieri tres spēs etbice ī ore  
medicorū oportet q̄ per ebullitionē duarū prias/  
rum būmiditatē fieret caliditas in corde et cōser*h*  
uare. et per ebullitionē tertie fieret alta caliditas  
et alta per ebullitionem quarte. sed sic etbice esset  
feb. siens contra Aut. et reliquos auctores.

**P**ro decisione tertij dubij nota aucto/  
res posuisse tantū tres  
spēs etbice. primā ī qua i3 oēs būmiditatis cōsu/  
mantur: et preternaturaliter resoluant manifestus  
tñ p̄sumit p̄ia et scđa: aut saltē. 2. s. ros. In scđa  
vero spē etbice iam cōsumptis p̄ia et scđa aut sal/  
tem scđa manifeste consumit tertia. s. cambiū. In  
tertia vero specie iā cōsumptis his tribus: aut sal/  
tem duabus. s. rore et cābīo manifeste cōsumit glu/  
ten. Ābus gradatī p̄cessus ī cōsumptōe ha/  
rum būmiditatē ē. q̄ p̄me due būmiditatis: aut saltē  
ros est subtilioris substātie q̄ tertia. s. cābīū: et ter/  
tia q̄ quartā. s. gluten. ppter ea p̄io manifestus  
cōsumunt due prime: aut saltē scđa q̄ tertia et ter/  
tia q̄ quarta. Dixi aut̄ notanter prime due: aut  
scđa ppter varias opiniones. Quidā eī dicūt in  
prima spē etbice cōsumi p̄mas duas: quā opinto/  
nem credo esse cōformem dicit Aut. maxime cū  
dixit. prim⁹ gradus b3 modū re. cū nō babeat in  
spēbus suis nomē. species aut̄ sue nō possunt nisi  
s̄m duarū būmiditatē cōsumptionem assignari.  
Quidā vero dicūt in prima spē solū manifeste cō/  
sumit scđam. pro qua opinione sunt rōnes magis  
apparentes: sicut statim apparebit. Et cā busus  
gradate cōsumptōis ē. q̄ gluten ex ordine natu/  
re ḡnatur ex cābīo: et cābīū ex rore tpe necessitatis  
ros aut̄ et similiter cambium non ita faciliter p̄nt  
generari ex prima que in venis cōtinet. q̄ mēbra  
debilitata nō possunt ipsum faciliter ex venis extra/  
bere neq̄ vene ipsum expellere cū pori venarū sine  
valde stricti et strictiores q̄ pori mēb:orū. Et cōplū  
aut̄ Aut. ad busus rei declarationē deseruit. nam  
oleū exīs in licbino p̄bvet cōsumptionē būmiditatis  
cōtinuantis cotū ex quo fact⁹ est licbint⁹  
et oleū exīs in lucerna paulatim īmibit⁹ ī licbino:  
sicut oleū exīs in ipso paulatim consumit a  
flāma: nō tñ est ponēda vna species etbice ī qua  
consumitur sanguis manifeste. q̄ sanguis ppter  
multitudinē suā īvenis et grossitē sue substan/  
tie et densitatē venarū nō facile cōsumit. imo fre/  
quenter hoies incurrit primā et scđam specie etbī  
ce cū notabili quantitate sanguis ī venis. ppter  
ea auctores distinxerūt species etbice ī quib⁹ mu/  
tatur corporis habitudo ad maciē penes cōsum/  
ptionem illarū būmiditatē: per quā p̄tū stat bo/  
na habitudo: vt puta debita grossities cū suffi/  
cienti pinguedine: et ad earū cōsumptionē: sequit  
macies et extenuatio. hec aut̄ sunt quatuor: dicte:  
sed magis tres postreme: nō aut̄ sanguis: stat em̄  
multa macies cū presentia multi sanguinis tres  
staçō sunt modi etbice: et nō plures sive primū mo/  
dum etbice attendamus penes cōsumptionē dua/  
rum primarū būmiditatē sive penes cōsumptō/  
nem roris que est būmiditas secunda.

**E**t hec quidē egritudo est ex se. que nō  
habet paroxismos: neq̄ horas paroxismos.  
In presenti parte remouet dubiū. d. q̄ bec egri/  
tudo est ex febribus que nō habet paroxismos: neq̄  
horas paroxismorum. s. principiū. augmentū. ita/  
A. tñ

## Tractatus

tum: et declinationē et hec nota sunt cum nō sint feb. humorales paroxysmantes sīm motum māterie ad mineram putredinis.

**E**t quidā dixerūt se. ethice aut pendēt cum humiditatib⁹ ppinq̄ tpis cū coagulatione; aut eis que sunt sicut caro; aut cum mēbris radicalib⁹ duris sunt ossa et nerui. Et si ex sermone isto intelligitur qđ pendent sīm semitā qđ finiūt qđ in eis est de humiditate radicali cōtinuata eis erit hec. Et intētio p̄ia equalis: et si significat qđ primus: qđ finit ethica est humiditates propinquai temporis cum coagulatiōe nō erit sermo sanus.

**I**n parte p̄ti ponit altā distinctionē spērum etbice. d. qđ quidā. s. B. 10. terā. vltimo c. et sequaces eius dixerūt. feb. etbice: aut pendent cū būmiditatibus ppinq̄ tpis cum coagulatione. i. feb. etbice aut specificant penes cōsumptionē būdītatum nup coagulatū que sunt molles: sicut būmiditas adipis et pinguedinis: aut cū eis qđ sunt sicut caro. i. aut specificant penes cōsumptionem būdītatu qđ sunt caro que est durior et difficilius cōsumitur: aut cū mēbris radicalibus duris: sicut sunt ossa et nerui būmiditatū: quarūz difficultas est resolutio. si primo modo est p̄ia spēs etbice. si sc̄dō mō est sc̄dā. si tertio mō est tertia spēs etbice sc̄dō dicit qđ si intētio istorū sic dicentū sit: qđ quādo cōsumunt būdītates cuiuscūq; mēbrū. sed manifestius: et citius būdītates mēbrorū molliū: sicut est adeps: et pinguedo est prima spēs etbice et qñ cōsumunt būmiditates spissiores. s. carnis: et similiū iam cōsumptis būdītatu alijs mollioribus est sc̄dā spēs etbice. et qñ cōsumunt būdītates mēbrorū duriorū: sicut sunt ossa et nerui cōsumptis alijs būmiditatib⁹ est tertia spēs etbice: erit hec distinctio bona et similis prime. Sed si significat qđ p̄mū qđ finit etbica est būmiditates molles: et nibil cōsumant de būmiditatib⁹ alioꝝ mēbrorū nō erit sermo sanus. i. verus. calor em̄ ap̄plictus būmido cōsumit ipsum in quo cuncū mēbro sit: sed manifestius et citius būmido mēbrorū molliū. deinde magis durorum. postremo durissimorum que sunt nerui cartilagine et ossa.

**E**t ethica qđē quādoꝝ accidit post fe. effi. et quādoꝝ accidit post feb. putri. et apātum: et longinquiū est vt accidat ethica incipiendo: qđ sunt mēbra radicalia iaz inflāmata: et nō inflāmat hūor: neq; spūs ante illud. immo op̄z vt calefiāt illa in p̄mis. deinde sc̄dm p̄cessione dierūz calefiant ista nisi accidat causa fortis valde.

**H**ic ponit causas etbice que sunt cause in fieri. etbica em̄ cū facta est: est indepedens. Et p̄io ponit quādā feb. esse causas ei⁹. sc̄dō dclarat. tertio cōplet cās etbice. quarto ponit canōes. sc̄dā ibi. (Et cā quidē vna.) tertia ibi. (Et feb. quidē putridas.) quarta ibi. (Et qñ cōponitur.) In p̄ia parte dicit etbica qñq; sequit feb z effi. qñq; feb z putridā supple nō ap̄osum: qñq; feb. ap̄atum. Sc̄dō dicit qđ rarissime accidit etbica incipiendo. s. nulla alta febre precedente: quasi mēbra radicalia. i. spermatica: supple et. alta sunt inflāmata, et non sit inflāmatus būor neq; spūs ante illud: immo op̄z vt calefiant illa p̄sus. deinde post aliquos dīes

## De febre

calefiant mēbra nisi accidat cā valde fortis. s. altera duarū: aut maxima mēbrorū dispositio aut cā agens fortis que figat caliditatem in membris et non in humoribus aut spiritibus.

**E**x quibus appetit solutio ad dubium cipere feb. etbica nō precedente effimera: aut humorali. Ad qđ dicendū qđ illud rarissime accidit: iaz sit possibile. Prīmā partē buiūs cōclusiōis declarat Aut. qđ valde facilis inflāmantur būores et spūs qđ mēbra. tū qđ subtilliores. tū qđ minus habent de frigiditate resistente. Sc̄dā vero p̄s p̄baē qđ boc p̄t esse ppter cā valde fortē que est mēbrorum dispositio ad acquirēndū calefactū esse: et nō humorū et spūz: vt puta ppter membrorū aerationem ex fluxu: aut longa abstinentia et similibus: quib⁹ mēbra possunt arescere: et nō ita spūs: aut humores. vñ cā calefaciens primaria figet caliditatem in mēbris et nō in humoribus aut spiritibus. iaz forte citius calefaciet būores et spūs qđ mēbra. Sc̄dā cā ppter esse cā valde fortiter calefacientem que figet caliditatem in mēbris ppter densitatē sue substātie: et nō in humoribus aut spiritibus. qđ sunt nimis tenuis substātie in cōparatione ad mēbra. vnde caliditas nō figit in illis: sicut figitur in membris: sicut fulmē agit in ferruz: et res densas: et nō agit in vestes et similias. qđ sua caliditas excessiva in ipsis nō retinetur: sed retinetur et figitur in re densa et dura. Dicit th̄ Ben. se nūc vidisse aliquid esse factū etbīcū incipiendo. Ego th̄ credo vidisse aliquos p̄ticos ex vlcere crustoso esse factos etbīcos nulla precedente effimera aut putrida. silt̄ aliquos esse factos asmaticos primo. postea etbīcos exiccatā re superflua ppter puluerē lapidū quos terebat in agro vero/ nensi p̄o vitro cōficiendo. Et quosdāz esse factos febriles ex etbīca senectutis nulla effimera: aut putrida precedente.

**E**t cā quidē vna quādoꝝ est cā febris ethice: et quādoꝝ est cā febris effimere secundum vehementiā febris et vehementiā mutationis sue et debilitatiē suspensionis sue sicut ignis. nā ipse obuiat lignis sc̄dm duos modos: quorū vñus est sc̄dm modū qđ calefacit ea et finiat in eis: et secūdus est secundū semitam inflammationis.

**I**n parte presenti declarat qđ statim dicit nisi accidat cā fortis valde. Et etiā dicit qđ qñq; vna causa est cā etbīce sup. et non effi. et qñq; est effi. et nō etbīce sīm qđ forte imitatur et agit supple: aut debiliter. et sīm debilitatiē suspensionis. i. fixiōnis sue. i. sīm qđ facile figitur aut difficiliter. et declarans in exēplo dicit: sicut ignis. nā ipse obuiat lignis sīm duos modos: quorū vñus est qđ ipse cas̄ lefacit ea et firmat in eis: et facit ea firmare et nō inflāmatur. sc̄ds modus est sīm semitā inflāmatio nis. i. qđ ligna inflāmant̄: et remanet flāma in eis in absentia ignis inflāmatis. **P**ro cuius declaracione sc̄endū p̄imo: qđ nō erat ita difficile qđ vna cā inflāmans possit facere etbīcā et nō putridam: qđ putrefactio est passio determinati modi que nō est apta fieri a quocunq; inflāmāte: immo interdū per cā valde calefacientē p̄bīcē: sicut est difficile ab aliqua cā inflāmante fieri etbīcam et nō effimerā. Hic. hic specificauit cām aliquas inflāmantem posse facere etbīcā et nō effimerā derelinquens quasi notū qđ possit facere etbīcam et non

## Tertius

et non putridaz. immo etia difficultus est posse facere ethicā et nō effimerā q̄ etbi. et nō humorale si ne putredie. **S**cīdū sc̄d o q̄ ad esse cutuscūq; se. requiritur q̄ calefactū esse. i. q̄ caliditas sit fita in aliquo subiecto nostri corporis. s. aut in mēbris quo ad ethicas: aut in spiritibus quo ad effi. aut in humorē vel vapore quo ad humorales. nō em̄ sufficit sola caliditas fiens. nam sic uno febrile vno genere febriz febrifret quo cunctū genere februm. **H**ic ita premissis descendū est q̄ cā aliquā fortior calefaciens occurrentis alicui corporis sicut sol: aut balneū calidū valde quāuis calefaciat membra humores et spūs: p̄t tñ. infigere caliditatem in mēbris et nō in humoribus neq̄ spiritib;. tum q; mēbra forte erūt arefacta paratissima ad ethicā. tum q; sunt dense substantie facile retinēta caliditatē sibi impressam in absentia agētis: non aut sic humorales: aut spūs merito tenuitatis sue substantie: immo in absentia agentis remouet caliditas sibi impressa et redeūt ad dispositionē sibi naturalem: sicut in exemplo de fulgure dictuz est. **E**t ita ex eodē fundamento dicendū est aliquāz cām inflāmantem posse facere humorale et nō effimeram. **C**ausa aut̄ leviter inflāmans faceret effimeram et nō humorale neq̄ ethicā: tanta posset esse dispositio passi q̄ ipsa citius faceret ethicā q̄ humoralem et humorale q̄ effimeram. De causis aut̄ cōiter occurrentibus corpori hūano s̄m plurimū effimera ē apta p̄cedere hūorale: et hūorālis ethicā: et sic ethica rarissime fit incipiendo.

**E**t fe. quidē putredinis et apatis pmuntatur multotiens ad ethicā ppter vehementiam febris. et vehementiam subtiliationis cibi in ea et p̄hibitionem aque frigide: et paucitatem obseruatiōis lateris cordis cum vunctionib; et emplastris et epithymatibus et p̄prie in egritudinibus membrorum vicinorū cordi: sicut dyfragmatis. Et multotiens facit cadere in eam necessitas medicorū ppter casum virtutis et frequentia sincopis ad dandū in potu vinum et aquam carnis et medicinam de musco et his similia.

**H**ic cōplens causas dicit q̄ ethica aliquādo se quitur putridas nō aposas ppter vehementiā eārum. Itē ex errore medicorū cū nimirū subtiliant dietam et p̄bident aquā frigidam: et nō infrigidāt regionem cordis p̄prie in egritudinibus membrorum vicinorum cordi. s. dyfragmatis: qñ. s. apatur apate calido: et multotiens facit cadere in ethica necessitas medicorū quādo cogūtur dare in potu vīnu et aquam carnis dyamuscum et similia calida propter casum virtutis et frequentia sincopis.

**E**t quādo cōponitur ethica cū fe. putredinis et apatum: et ethica quidē in principio rei est difficilis cognitionis et facilis curationis: et in fine sui est facilis cognitiōis et difficilis curationis: et finis adubul non recipit curationem penitus.

**H**ic ponit tres cañ. primus q̄ quādo cōponitur ethica cū fe. putredinis: et fe. apatum. sc̄ds q̄ ethica in principio sui est difficilis cognitionis. q; parū permuat corpus a dispositione sua naturali. et est facilis curationis. q; corpus est facile tolerans infrigidationē. sed in pcessu suo est facilis

## Ethica. Fo. clvi.

cognitionis corpore multū permuto. sed difficilis curationis: cū virtus sit facta debilitis: et multū humidū sit depositum qđ difficile est restaurare. **T**ertius canon: q̄ finis adubul. i. sc̄dē speciei non curatur propter nimiam consumptionem: et nimiam virtutis debilitatem.

**S**igna.

Lapitulum. ii.

**S**igna quidē est minutus durus frequens debilis fixus s̄m habitudinem vnam.

**P**rimo ponit signa ethice absolute h̄z multum accōmodent prime speciei. sc̄dō ponit signa sc̄dē sp̄cēi. sc̄dā ibi. (Signa vero adubul.) prima in tres. p̄rīo ponit signa ipsius s̄m se. sc̄dō ponit signa transitus ex effi. tertio signa eius cōposita cū putrida. sc̄dā ibi. (Et de significationibus permutationis.) **T**ertia ibi. (Et de significationibus cōpositiōis.) Prīma b̄z tot partes quo sunt signa primum signū sumitur a pulsū: q; est minutus. i. parvus ppter debilitatem virtutis. durus ppter exiccationem arterie. et in his est gradus debilitatis: et duricet. manifestior est enī virtutis debilitas et duricet in processu maior: q̄ in principio frequens ut recuperet defectum magnitudinis. debilis fixus s̄mvā habitudinē. i. dispositio nem: q; nō b̄z paroxismos neq̄ tñ est fixus s̄m habitudinē vna quin permuteatur in cibo potu et similibus et somno et vigilia.

**C**on tactu vero est illud quod sentitur de caliditate minū caliditate finochi: et ei similium inflāmatarum in materia: et in p̄ncipio dum tangit est magis suavis: et cum remanet super eū manus hora. i. apparet cum fortitudine et mordicatione: et nō cessat augmentari: et est calidius quod est in eo locus venarum et arteriarum. Et est eo rum caliditas similis nō em̄ minuitur verū ipsa quando superuenit ei cibus augmentatur velociter: et fit fortis pulsus valde: et incepit magnificari. Et propter illud accidit stultis medicorū q̄ p̄hibent eis cibū propter illud qđ accidit eis de eo ex accidentibus quare perdūt eos: sicut augmentatur flāma ppter injectionē olei et sartago cū effunditur aqua super eam. Et iste quidē significationes eius sunt fortes. Et cibū in reliquis quidē febribus pculdubio nō incedit hac incensione sicut inuenit hūic: quāuis necessario faciat diversitatem per motū nature: et hec inflāmatio nō est sicut incensio reliquā feb. post coartationem neq̄ s̄m periodosnotas: immo cū comedunt et in qcunq; hora sit. Et est habēs egritudinem nō vehementer discernens illud qđ est in eodē de caliditate: qm̄ facta est complexio membro conueniens: et iam sciuiti in libro primo qualitatem dispositionis in huiusmodi: verū ipsa apparet apud susceptionem alicuius ciborum propter vehementiam suam.

**H**oc est sc̄dī signum sumptum a tactu. et primo dicit q̄ caliditas sua ad tactū apparet minor ca-

A 115

## Tractatus

Id est sine nocte: et ei simillimum inflammatum in materia pendente a materia calida: sicut tertiana causa et similes. sed dicit quod in principio dum tam  
gitur caliditas eius est magis suavis. sed cum rectifi-  
cetur manus super etiaca et aliquando apparet ca-  
lor fortis et mordicans: et augendo procedit. tertio  
dicit quod locus calidior in eo est locus venarum et ar-  
teriarum. quarto dicit quod eorum caliditas est similis: quod  
non auget neque minuit: sicut paroxysmales nisi pro-  
pter aliquam causam primaria. id subdit quod quoniam cibantur  
augmentatur velociter. et notabiliter crescit in quo  
tempore: et fit fortis pulsus valde saltans appenter: et in  
cipit magnificari: et propter hoc stulti medici: per  
bibent eis cibum: quod vident post cibum eius accidere  
augeri: quare interficiunt eos. nam propter abstinen-  
tiā a cibis quam faciūt augeret fe. et exiccatio: et post  
ea quoniam cibant eos per cibum a sumptu calor eorum  
augmentatur: sicut augmentatur flama cum oleum ponitur  
in lucerna: et sartago augmentatur in caliditate: quoniam  
effunditur aqua super eam calefacta: quod sentimus eas  
stridere et fumare. et iste sunt significations for-  
tes eius. scilicet etiaca et cibus quidem in relatis febribus. pro-  
cul dubio non incendiā tanta incensione quodta videtur  
incendiā in bac febribus. quāvis necessario in qua cunctis  
febribus faciat diuersitatem quandam: quod aliqualiter  
incendiā propter motus nature. et calor naturalis  
quinto dicit quod inflamatio non est sicut incēsio reli-  
quarum post coartationē. scilicet pulsus. nec summa pectoris  
notas. scilicet quotidie: aut de tertio in tertium: aut de 4°  
in quartum. immo dum comedunt ex crescere calor: in qua  
cunctis febribus sint. sexto dicit quod etiaca non discernit  
caliditatem eius. quod etiaca est facta complexo mem-  
bro conuentens. Et iā sciusti prius lib. feni. secunda cap.  
de causis dolorum. qualitatez dispositiones in his.  
quare non sentiat caliditatem suā. verum appetit. et sen-  
titur ab eis cum sumunt aliquem cibum propter ve-  
bementiam suam. et quia ex crescere.

**Primo** notandum per declaracione primi dicti  
et ut soluatur dubium solutum queritur quod calo-  
r est maior an etiaca: an febris. ex qua facta est etiaca:  
quod calor febris. būoralis ex quo facta est etiaca est  
mator quātitatue. quod pendet a plū humido vaporoso.  
vñ primo de differētis febribus. si noce babet flā-  
mam obuiantē manibus tangētis. summa vero etiaca  
est febris. neque multitudine obuiat calor. Ex quo ap-  
paret quod in etiaca remanente manu plus apparet  
calor: qui statim non apparet defectu vaporum multorum  
oppositum autē contingit in humorali. **Sed** dī-  
cendum quod calor etiaca in nulla proportione est inten-  
sior: aut remissior: quod calor febris. ex qua imēdiate est  
genitū: cum nulla latitudo subito acqiri possit aut de  
ydi. **Tertio** descendū quod calor etiaca in processu mi-  
nūtis gradualiter et quātitatue. propter defectum hu-  
miditatis: et proprie cū deuenientur ad finem secunde spe-  
ciei: et per totam tertiam speciem.

**Pro notitia** tertij dicti premitendū est  
quod loca arteriarum sunt illa in  
quibus sunt arterie magne. ibi etiā sunt venenos/  
tabiles cum summa plurimū vena supponat arterie: si-  
cut in mansibus pedibus et temporib: vñ mans/  
feste pulsus sentitur. hec enim loca appetit calidiora  
quod reliqua partes extrinsece non arteriose: tñ quod in  
veritate sunt calidiora sicut cor etiā est alijs parti-  
bus intrisectis calidi: a quo arterie oritur. **Primum** pre-  
mittendum scđ o. quod in febris putridis hec loca sunt  
calidiora quod reliqua partes extrinsece non arteriose  
tñ in etiaca caliditas locorum arteriosorum manifesta-  
tur excedit caliditatem locorum non arteriosorum quod in  
putridis. quod in putridis vapores putridi sparri-

## Designis

vntuerum corporis faciunt apparere in oībus partibus ingenti caliditatē. sed in etiaca in quibus alte partes non sunt calide ex presentia vaporum putridorum apparet excessus caliditatis barum partium manifestior quod in putridis: ad quod adiuvat quod caliditas arida in etiaca facit sanguinem arteriale et venale: cuius multa est quātitas in locis dictis euaporare magis quod in putridis: in quibus caliditas non est ita arida. Et quib: appetit in illis partibus excessum caliditatis super altarium p̄tū caliditatem esse manifestior quod in putridis. **Tertio** notandum būc excessum caliditatis locorum arteriosorum supra caliditatem altarium partium non arteriosorum non solū apparere in etiaca: immo in spasmatis et litargycis: vt sumit̄ tertio canone. feni. secunda cap.  
de spasio. et in cō. pulsuum. c. de pulsu litargico rum. Ideo. **G.** de dīntijs caute dixit hoc accidens non inveniri summa altas fe. et non dicit summa alias egreditudines. sed cā quare hec appetit in spasmate est: quod propter tensionē arteriarum non sit debita euentatio propterea in arterijs caliditas excrescit magis quod in alijs partibus: sed in litargycis hoc accidit. sicut in cō gelatis: quod propter būores frigidos ptes ubi non est multis calor infrigidantur: sicut ptes non venose neque arteriose. sed loca venarum et arteriarum propter p̄nitā sanguis et spūs non potest ita infrigidari. Quare in cō paratione ad altas notabiliter apparent calide et hec eadem ratio potest accommodari spasio pen-  
denti a materia frigida.

**Pro notitia** quarti dicti notandum quod in alijs cibis in alijs febribus. incēdat alia  
qua incēsione propter motū caloris naturalis quod prior est  
suffocatius: deinde dilatatius: cum vapores cibales  
propter cibos sparguntur. tñ ceteris pibus non incen-  
dit tanta incēsione in alijs febribus. quodta incēdit in etiaca.  
in oī itaq: fe. sit ex cibo aliqua caloris cōforta-  
tio et augmentū: nisi hec sit in dispōne valde extra-  
nea: aut morti p̄pinqua. **Sed** dīcendum quod inflam-  
matio quod fit in etiaca a cibo non est inflamatio po-  
xismalis: aut ex a cibis: quod n. in p̄n. sumpto  
cibis calor aliqualiter sufficit: sicut suppositi lignis  
postea dilatati et ampliati cibis calefacti: et summa alijs  
quam pte in vapores conuerso. tñ hoc non est summa pro-  
portionē ad aliquā dīcē sicut in febris. p̄modicis. sed hec  
fit quoniam cunctis sumit̄ cibus. **Tertio** notandum. quod  
sit cōsideratio oī febribus: i. supcalefieri a cibo: tñ hoc signū ap-  
propriat etiaca: quod ab alijs distinguuntur febribus  
primo quod ceteris pibus etiaca magis supcalefit  
ex cibo quod alijs febribus: propter suā caliditatem arida facie-  
tē cibū magis euaporare ceteris pibus quod caliditas  
aliorum febribus: quod non est sic arida. scđo quod dato quod  
equaliter supcalefieri ex cibo cū alijs febribus  
immō magis: tñ hoc signū etiaca appropriat. quod  
mutantur de non sentiēdo caliditatem ad sentiēdo ipsam  
notabiliter: sed alijs febribus non sic mutantur. quod prior  
sentebat suā caliditatem: etiaca vero non. quod etiaca est  
facta complexo membro conuentis. Conuentis quidez  
quod non sentit etiaca immō caliditatis etiaca.  
est enim facta et sibi consueta. quare non sentit: sed alte  
febribus sentiuntur quod sunt fieres nondū p̄suete. **Ex** his  
inferi quod caliditas in etiaca repta postea est inflama-  
tus a cibo ex his in eodem subiecto adequato est cō-  
posita ex duabus pibus incēsio: quarum una est fa-  
cta. scilicet p̄recessis: altera fiens. scilicet de novo inducta a ci-  
bo. Ex quo sequitur quod aliquā effectus puta inmutatio  
tactus puenit ab uno gradu caliditatis quod non p-  
uenit ab altero secundū in eodem subiecto coextenso. **P**  
supius determinata in quōne. vtrū febris sit calor  
